

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali

Hufeland, Gottlieb

Jenae, 1799

VD18 12256064

§. 1. a) De origine negotii cambialis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8845

SECTIO I.

Praemissa generalia.

§. 1.

a) De origine negotii cambialis.

Inter praecipua juris instituta, quae recentioribus, ut dicunt, seculis originem debent, maxime eminet singularis negotii cambialis ratio. Quanquam enim plures rerum antiquarum scrutatores istius negotii origines ad secula maxime distantia, ad populi videlicet romani inventa etc., referre voluerint, his tamen hodie pauci tantum suffragabuntur, inprimis ex quo perill. *de Martens* *) tum antiquiora instituta, e quibus totum illud jus natum, tum viam, qua ad nostram aetatem, quanquam passim immutatum, deductum est, adeo luculenter monstravit, ut ad certissimam persuasionem, nisi omnino nihil, certe parum addi posse videatur.

§. 2.

b) De fontibus juris cambialis.

a) iisdem leges communes non esse accensendas.

Interim ex hac ipsa origine dictum negotium eam naturam induit et indolem, ut leges scriptas juris commu-

*) *Versuch einer historischen Entwicklung des wahren Ursprungs des Wechselrechts, Göttingen. 1797.*

